

oram tenent incolæ liberi & regum expertes, multis urbibus montanos obtinet colles. Nareæ deinde, quos claudit mons altissimus Indicorum Capitalia. Huius incolæ alio latere late auri & argenti metalla fodiunt. Ab ijs Oraturæ, quorū regi elephantū quidē x. sed amplē vires peditū: Varetatæ, qui sub rege elephātos nō alunt, fiducia equitū peditumq;: Odomboeræ, Salabastræ, Horatæ urbe pulchra, fossis palustribus munita: per quas crocodili, humani corporis auidissimi, aditū nisi ponte nō dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela, impositum littori, quinq; annium in unū conflente cōcursū, emporio nobili. Regi eorū elephanti M. d. c. peditū cl. M. equitum v. M. Pauperior Charmarū rex, elephātos lx. paruasq; reliquas vires habet. Ab ijs gens Pandæ, sola Indorū regnata scēminis. Vnā Herculi sexus eius genitā ferūt, ob idq; gratiorem præcipuo regno donatā. Ab ea deducētes originem imperitant ccc. oppidis, peditū cl. M. elephātis quingētis. Post hanc trecentarū urbium Syrieni, Derāgæ, Posinga, Buzæ, Gogiarei, Vmbra, Nereæ, Brācosi, Nobunda, Cocōdæ, Nesei, Pedatritæ, Salobriase, Olostræ Patalā insulā attingētes: à cuius extremo littore ad Caspias portas xvij. xxv. M. produntur. Hinc deinde accolūt Indum aduersum euidēti demonstratione Amate, Bolingæ, Gallitalita, Dimuri, Megari, Ordabæ, Mese. Ab his Vri, Sileni: mox deserta in ccl. M. pass. Quibus exuperatis Organagæ, Aboortæ, Sibaræ, Suertæ: & ab ijs solitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorge, Baroamata, Gumbritæq; quorū xij. nationes, singulisq; binæ vrbes. A senitrium urbū incolæ. Caput eorū Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Montani super hos Caucaſo subiecti. Soleadæ, Sondra, transgressisq; Indum, & cum eo decurrentibus Samarabriæ, Sambraceni, Brisabritæ, Orsii, Antixeni, Taxila, cū urbe celebri, iam in plana demisso tractu, cui uniuerso nomen Amandræ. Populi quatuor, Peucolaitæ, Arſagalitæ, Geretæ, Aſoi. Etenim pleriq; ab occidente non Indo amne determinant, sed adiūciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamissadas.

Arii & iunctæ gentes. CAP. XXI.

Vltimo sine Cophete flumio, quæ omnia Ariorum esse alijs placet. Necnō & Nysam urbē pleriq; India adscribūt, montēq; Merū Libero patri sacrum: unde origo fabulæ, Iouis femine editū: Item Aspagonas gentē, uitis et lauri & buxi, pomorumq; oīum in Græcia nascentiū fertilē. Quæ memoranda et prope fabulosa, de fertilitate terræ, ac genere frugū * arborūq; aut ferarū, aut uolucrū & aliorum animalium traduntur, suis quæq; locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor uero satrapia mox paulo, ad Taprobanen insulam festinate animo. Sed ante sunt aliæ, Patalæ, quam significauimus, in ipsis faucibus Indi triquetra figura cccx. M. pass. latitudine. Extra ostium Indi, Chrysa, & Argyra, ferti-

les metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumq; ijs solum esse, haud facile crediderim. Ab ijs xx. M. pass. Crocale. Ab ea xij. M. pass. Bibaga, ostreis & conchylijs referta. Deinde Toralliba ix. M. pass. à supradicta, multaq; ignobiles.

Taprobane insula.

CAP. XXII.

Taprobanen alterū orbē terrarū esse, diu existimatum est, Antichthonū appellatione. Vt liqueret insulā esse, Alexandri magni atas resq; p̄stiteret. Onesicritus classis eius præfectus, elephantos ibi maiores bellicosioresq; q̄ in India gigni scripsit: Megasthenes flumine diuidi, incolasq; Paleoignes appellari, auri margaritarumq; grandium fertiliores q̄ Indos. Eratosthenes & mensuram prodidit longitudinis vij. M. stad. latitudinis v. M. nec urbes esse, sed vicos septingentos. Incipit ab Eoo mari, inter ortum occasumq; solis India prætenta, & quondam credita xx. dierū navigatione à Prasiāna gēte distare: mox quia papyraceis nauibus armamētisq; Nili peteretur, ad nostrarū nauium cursus, vij. dierū interuallo taxato. Mare interest uaduosum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeo profundū, ut nulla ancora sidant: ob id nauibus utrinq; proræ, ne per angustias aluei circumagi sit necesse. Siderū in nauigando nulla obseruatio. Septentrio non cernitur, sed uolucres secū uehūt emittētes sapius, meatumq; earū terras petentiū comitatur. Nec plus q̄ termis mensibus in anno nauigant. Cauent à solstitio maxime c. dies, tunc illo mari hyberno. Hactenus à priscis memorata: nobis diligentior notitia Claudij principatu contigit, legatis etiā ex insula aduectis. Id accidit hoc modo: Annij Plocami, qui maris rubri Vettigal à fisco redemerat, libertus circa Arabiā nauigās, aquilonibus raptus præter Carmaniā xv. die Hippuros portū eius inuectus, hospitali regis clementia sex mensū tēpore imbutus alloquio, percontanti postea enarrauit Romanos et Casarē: mirū in modū in auditis iustitiā ille suspexit, q̄ pares pondere denarij essent in captiua pecunia, cum diuersæ imagines indicarent à pluribus factos. Et hoc maxime sollicitatus ad amicitiam, legatos quatuor misit, principe eorum Rachia. Ex ijs cognitū D. esse oppida, portū cōtra meridiē eē appositū oppido Palesimundo, omnium ibi clarissimo: ac regie cc. M. plebis. Stagnū intus Megisba, cclxxv. M. pass. ambitu, insulas pabuli tantū fertiles, cōplexum. Ex eo duos annes erumpere, Palesimundū, iuxta oppidum eiusdem nominis influentem in portum tribus alueis, quinq; stadiorum arctissimo, xv. amplissimo. Alterū ad septentrionem Indiamq; uersum, Cydara nomine. Proximū esse India promontorium, quod uocetur Co laicum, quadridui nauigatione, medio in cursu solis insula occurrente, Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus, iubar earū gubernaculis detrentibus. Septentriones Vergiliasque apud nos ueluti in nouo calo, mirabantur: Lunam quidem apud ipsos non nisi ab octaua ad xvi. supra terram aspici fatentes.

* arborūq;
laniferarū,
aut uoluc.